1830 Iulio Carnico allata Udine VALVASONI 1565, nam ex lapidibus Iuliensibus quos refert cum ait tres se vidisse Utini, omnino hunc comprehendit. Lapis olim positus Iulii Carnici, eo tempore vero collocatus Utini in domo Curtii Colloredo, ut sibi donaretur et Venetias afferretur a domino obtinuit PAULUS RAMUSIO, cuius de ea re scriptas epistulas ad Colloredum Venetiis 13 Apr. 1583 servatas olim apud abbatem Orgaro plebanum Colloredi et missas sibi ab Asquinio edidit Furlanettus *lap. Est.* p. 10. Haec ut videntur vera esse, tamen nituntur fide Asquinii minime firma. 'Iulio Venetias adductus lapis' HERM. Patavii in aedibus Contarenis PINELLI. Ex museo Contareni venit in Estense FURL. — *Da Capodistria portata in Udine* LIGORIUS.

s EX · ERBONIVS · SEX · SEX · L · FRON
REGONTIVS · PRIMI · ET · GENTI · L · IVCV
se X · VOTTICIVS · ARGENTIL · L · AMOF
t. TITIVS · T · L · PHILEMC
5 s EX · ERBONIVS · SEX · L · PHILOGEN es
GAVIVS · PHILEMONIS · L · HILARI
l. REGONTIVS · L · L · STEPANVS
MVLVIVS · DITIONIS · L · SENECIO
l. GAVIVS · L · L · GRATVS
10 h i LARVS · VETTI · T · SER
m AGISTRI · AEDEM · HERCVLIS · D · S · P
se X · ERBONIO · SEX · L · DIPHILO
m · QVINCTILIO · M · L · DONATO
MAG VICI

Contuli. Iulii nemo viditur descripsisse. Utini descripsit Valvasoni *descr. della Cargna* 1565 n. 3, a quo pendent Henr. Palladius 1659 p. 68 et Grassi *Cargna* p. 53 et Bertoli p. 23 n. 18. Venetiis Hermacoras ms. et ed. p. 25. Patavii Ramusius cod. Marc. 18, cod. Barb. 12; Pinellius, cuius exemplum scriptum legitur in codd. Ambros. C 61 inf. f. 50 et R. 97 sup. et D 436 inf. et in emend. ms. ad Grut. cod. Lugd. Papenbroek. 6 f. 101 et apud Ligorium ms. Taur. 5, qui adnotat dedisse sibi Io. Vinc. Pinellum; editum apud Grut. 43, 4. Ateste Furlanetto *lap. Est.* p. 7, *lap. Pat.* p. 23 n. 22.

Hermacorae exemplum corruptissimum est, sed ab interpolationibus quas notabimus ex Valvasone liberum. — 4 . . POTITIVS·T·L·PHILEMON Valv. adnotans: '*dalli detti epitaffi si comprende esser stato in quel luogo un tempio di Ercole tenuto in veneratione dalli sacerdoti detti Potitii*', quae interpolatio etiam ad n. 1829 pervenit. — 8 DITIONIS · LATINAE · SENECIO Valv. — Sex. Votticius Argentillus, cuius nominatur libertus v. 3, ut magister vici nominatur n. 1829. Vide epistulam de hoc titulo Borghesii ad Furlanettum in lapp. Est. p. 11, opp. 7, 187.

1831 Iulii Carnici fragmenta primum tertiumque sunt in curte cursoris publici ad pistrinum applicita, secundum in iisdem aedibus ad viam in muro.

a SEX · ERBONIVS · SEX
b L · GRAPTVS
c AEDEM · HERCV

Cumanus descripsit. Videntur superesse aut ex tituli praecedentis exemplo altero (si quidem v. tertio aut Cumanus erravit *Graptum* dans pro *Grato* aut similiter alterius utrius exempli scriptor peccavit) aut ex titulo simillimo.

1832. 1833 ad Iulium Carnicum rettuli ex coniectura. Colloredi in castro FABR. FONT. ibidemque iam videtur vidisse VALV., nam referens quinque lapides fori Iulii Carnici, inter quos hi sunt primus et quintus, duos eorum ait vidisse se in castro de Colloredo, qui videntur esse hi ipsi. Nunc Susans BINI (ms. apud Pironam).

1832 *ab una parte:*

SEX · ERBONIVS · SEX · L · TERTIVS
C · ROTENIVS · C · L · SEVERVS
CN · CORNELIVS · CN · L · RVFIO
Q · PORCIVS · Q · L · OPTATVS
5 SEX · ERBONIVS · SEX · L · ADIVTOr
M · QVINCTILIVS · M · L · SECVND
SEX · ERBONIVS · SEX · L · PRINCEPS
SEX · ERBONIVS · SEX · L · GALLIO
Q · MARIVS · Q · L · MYRO
10 P / D I I S

1833 *ab altera parte ut videtur:*

S · Q · F · CATO
VS · M · F · TERTIVS
S · C · F · PRISCVS
NIVS · M · F · MARCEL
VS · L · F · AQVILO
VS · C · F · RVFVS
VCIVS · Q · F · CASTEL
TI · F · NIGER
VS · T · F · PRISCVS

Valvasoni *descr. della Cargna* 1565 n. 1, quem auctorem laudat Grassi *Cargna* p. 58 indidemque videtur habere Henr. Palladius p. 68 (inde Bertoli p. 263 n. 375 et Liruti *misc. di var. oper.* 4, 323). Nescio unde Fabrett. 642, 364 (inde imperfecte Bertoli p. 264 n. 376). Omnino ex lapide Fontaninius in schedis Utin.

V. l. dabo Valv. Fabr. Font. — 1 /EX Font. — TERTIV/ Valv. — 3 GN bis Valv. — 4 PORTIVS Valv. — 5 /EX Font. — ADIVTO/ Valv., ADIVT Font., ADIVTOR Fabr. — 6 SECVNDVS Valv. — 7 /EX Font. — PRINCEP Font. — 8 /EX Font. — GALLI Fabr. — 10 habet solus Font.

Valvasoni *descr. della Cargna* n. 5, unde sumpsit Grassi l. c., item ut videtur Henr. Palladius p. 69 (inde male Mur. 600, 5; Bertoli p. 266 n. 383; Liruti *misc. di var. oper.* 4, 324). Ex lapide omnino Fontanini in schedis Utin. et Bertoli ms. n. 849, cui misit archipresbyter Bini.

V. l. dabo Valv. Font. Binii. — 1 CAIO Font. — 4 VS M F MARCELLV/ Valv. — 6. 7 S pro VS Bini. — 7 VICIV pro VCIVS Bini. — CASTEL/ Valv. — 8 T·F Valv. — 9 VS om. Valv. — T·F] TI Font., T·L Bini.

1834 Zuglii in area olim Venturini, nunc Riolini-Leschiutta.

RI
ORCIV
GNATI
r·ERBON

Lucianius descripsit.

1835 Zuglii in macerie hortorum Morocutti.

RNMA
TVLLIA
V·S l m

Luciani descripsit.
3 V·S I traditur.

1836 Zuglio in macerie hortorum olim Venturini, nunc Riolini-Leschiutta DE RIVO, LUC.

IMp · caesari
dIVI · Sept. seueri fil
dIVI · marci antonini nep
. . . . . .

Liruti apud Mur. ms. et *misc. di var. operette* 4, 310; de Rivo n. 10; Bertoli ms. n. 832; Luciani descripsit.
2 DIVI Lir. — S om. de Rivo Bert.

1837 Zuglio nuper rep. ASQ. in muro aedium olim Venturini, nunc Riolini-Leschiutta LUC.

EX · INDVLGENTIA
SACRA · DOM · N̄ · INVICTI
IMP · M · AVR · ALEXAND · AVG p. C. 222/235
MACELLVM · RESTITVTVM ·
CVRANTE · FALERIO · FALERIANo

Hier. Asquini *lett. al Labus sopra una inedita iscr. di Giulio Carnico* (Mediolani 1834) p. 8 (inde per eph. Arcad. Henzen 6603). Cumano et Luciani descripserunt.